

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan


Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Illustration: Tab. VII. Buteo, Busant, Busahm massweyh; Goyrani seu Boudree Bellony; Accipiter, Hapich.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068


Buteo.
Bisant . Bisahn
massweyh.



Gojrani seu Boudree Bellonij.



Accipiter.



Hapich.

Vijus.
d Aelia.
H.A.I.
c. 14.

e Plut.
de Iside.
Ofride.
Homer.
liad. u.
Volatu.
f Arist.
in Avil.
g Aelia.
10. c. 2

Ingeni

i Aelia.
H. A. :
42. Pl.
10. c.

a Arist.
Histor.
36.



Visus.
et Aelian.
H. A. l. 10.
c. 14.
audierint, dum interim incubant, oua uitiantur. *Visus* tamacer, *Aut* nullo negotio aduersos solis radios intueatur. Hinc dicitur Aristophani *πανόφθαλμος* omnioculus. Cum Apolline, qui est sol, magnam conuenientiam habere credebatur et eiusdem *e* imagine solem denotari Aegyptiis solitum.

Plut. lib.
de Iside
Ofride.
Homer. I.
liad. u.
Volatus.
f. Aristoph.
in Auib.
g. Aelian. l.
10. c. 24.
VOLATV sunt uelocissimi et adeo celeres, ut uel ideo *ἰπποπόδοι*, *ἑφιάς* et *ἑρακλῆς* παρὰ τῶν ῥαίων ἰεοῦναι a facili motu dicantur, soli, qui uelocissimus sacri sint et summam cum igne *g* cognationem habere credantur. Ita sane se aliquando efferunt, ut humanum uisum effugiant, nihilominus praedam inde uisam iaculo citius demissi adsequuntur. Peculiare illis et cum sola noctua commune, in aere sese resupinare, caudam deorsum et alas expandere, his uice foli uti.

Ingenium.
INGENIVM ex parte attigimus, solitariam semper, praeterquam tempore coitus uolare, iustae magnitudinis cum uulpibus etiam aquilis et uulturibus certare, in Thraciae *i* parte supra Amphipolim cum hominibus societate quadam aucupatum fuisse, in toto auium genere docillimam esse, auem sibi sorte sub noctem oblatam totam noctem sub pedibus tenere, exoriente sole ma-

numittere, obuiam non persequi, tandem succo hieracii herbae oculos tingere, sic claritatem pristinam recuperare, addi potest. De caetero mortuum *k* lugere et in oculos *k* Aelian. l. 10. c. 17. eius terram ingerere, noctuae a reliquis auibus infestatae auxiliari. Turturem deprehensam *m* dimittere, unde Aegyptii, ne quando imprudentes auem ab accipitre dimissam gustent, toto eorum genere in cibo abstinent, a *n* tinnunculo, o crocodilo *n* Plin. l. 10. c. 37. et uite nigra sibi metuere, cum salvia, mentha, abiete et salice sympathiam *o* Plut. in Iside et Ofride. habere auctores quidam prodiderunt.

Visus.
Visum si spectes, pulli suaues sunt ualde, adultorum caro dulcis et leuis. Totus assus et in cibum sumtus morbum sacrum, in rosaceo elixus oculorum uitia, puluis, in quo se uolutauit, lino rutilo aegri collo adligatus quartanam, adeps oculis inunctus caliginem, oculi a collo suspensi tertianam depellere, sed frustra creduntur. Stercus in uino dulci tritum *p* conceptum iuuare, fumum *p* Hippocr. de morbis mulier. uero *q* ex eo, spolio serpentis, opopanace, myrrha, galbano, castoreo, sulfure citrino et felle uaccino excitatum et per fistulam in uterum ex-
Brenia.
ceptum foetum educere credibile est.

CAPVT II.

De Accipitribus in specie.

ARTICVLVS I.

De Asteria, Accipitre Palumbario et Fringillario.

Arist. l. 9.
Histor. c.
36.
ASTERIAS, qui et asturalis, corpore est grandi et oblongiore, unde palumbario *a* comparatur, punctis et notis quibusdam stellas referentibus respergitur, hinc ipsi nomen. *Capitis* pars anterior extensa paulatim est in rostrum. *Oculi* uarii et pellucidi. *Collum* longius aquilino. Femora longiora, quam falconum; crura horum respectu breuia et crassa. Pedes magni. Cauda ob longitudinem dependet. Est ex eorum genere, qui, quod emisit praeterito pugno reuocentur, pugillares man-

suefactariis dicuntur. *Differentias* fortiuntur astures uarias. *Anatura.* Alii aut rupes mari adjacentes incolunt aut flumina et aquas dulces frequentantur, qui humilem prope terram uolatum exercent et clandestino astu praedam adoriuntur. Alii disitis a mari locis delectantur et ex excelsis arboribus praedam despiciunt et infestant. *A sexu*, in quo foemina colore ad aquilam accedit, nisi quod maculis densioribus et rufis adspargatur. *A magnitudine*, quae astures ita commendat, ut in Syria aues, quae prae-
dae